

ADATTÁR

Szörényi László

ISMERETLEN JEZSUITA LATIN TRAGÉDIA HUNYADI LÁSZLÓRÓL

Bessenyei György tragédiájának forrása

A szegedi Somogyi Könyvtárban őrzik, H.B. 157. jelzeten a terézianus kor latin irodalmának egyik érdekes emlékét, a *Laetitius Hunyadi c. tragédiát*. A Nosvajon, 1988. október 13–14-én rendezett „Iskoladráma és folklor” c. tudományos ülészen ismertettem a drámát, előadásom szövege a konferencia aktái tartalmazó debreceni kötetben fog megjelenni.* Az alábbiakban közreadom a tragédia szöveget, csupán a legszükségesebbek előrebocsátása után.

A kézirat 18x24 cm nagyságú, félibőrbe kötött, két számosztlan lap után 1–88. számozott lapból áll. Jellegzetesen XVIII. századi, jezsuita kézre valló, legtöbbször jól olvasható írással készült. Sem a szerző neve, sem az nincsen feltüntetve, hogy melyik kollégiumban adták elő. A kötéstábla belsőjén, elöl — a szöveget másoló kéz írásától elütő kézzel — ez a bejegyzés olvasható: *Dij intellecta, et Dij decognita, aut perspecta longe inter se dissident. Alatta: Insubitus Homo insubite siveut loqui. Ugyanez a kéz a 88. l. után következő, számosztlan lap verzójára ezt írta: Iram in potestate habuit, animumque a Vindiciae Dulcedine abduxit. Alatta egy más kéz: Complures eidem criminis obnoxii alter alteri auxilium ferunt. Div: Libr. 39. Alatta: Jura pejera tantummodo secretum pandere noli. Valamint: Rara tempora, ut quae sentis dicere, et quae dicas sentire licet. Végül a hátsó kötéstábla belsőjére ugyanez a kéz ezt jegyezte: Quod Deus averuncet (sic!).*

A 2. számosztlan lapon olvasható a possessor-bejegyzés: *Ex Libris Davidis Marton de Meszlen. Posonii di 13^a Martij, Anno 1791. Alatta a tulajdonos pecsétje. A meszleni Marton családról annyit lehet tudni, hogy 1550-ben részesült birtokadományban, majd nemességet — Vas megyei bizonyoság alapján — 1839-ben Sopron és Somogy megyében is kihirdették. (Kempelen Béla: *Magyar nemes családok*. VII. k. Bp. 1913. 98.)*

A Bonfini alapján frott tragédia minden valószínűség szerint záródarabja egy trilógiának, mely a Hunyadiakról szólt. Az első rész a kenyérmezei csatáról, a második arról, miképpen kegyelmezett meg Mátyás a fellázadt erdélyieknek, a harmadik Hunyadi Lászlóról. Kolozsváron mutatták be először a jezsuiták, 1747-ben. Ezt a harmadik részt játszották még ugyanazon évben Komáromban, 1749-ben pedig Pozsonyban. Komáromban 1750-ben föltehetőleg ez a darab, vagy csak egy felvonása került színpadra; 1751-ből van az utolsó adat, egy lőcsei előadásról. (V. Staud Géza: *A magyarországi jezsuita iskolai színjátékok forrásai* I. k. Bp., 1984., 272., 430., 487.; II. k., Bp. 1986., 457.)

Erdélyben az adhatta a darab aktualitását, hogy még nem csitultak el az 1738-as törvénytelen, hamis összeesküvési vádra alapított letartóztatások és meghurcolások által kellett hullámok. Ezért vették elő az egykor Habsburg, V. László törvénytelenségére emlékezeti témát; a trilógiában ezt ellentétezte az időrendből kiemelt középső darab, amely a nemzeti király kegyességet bizonyította.

Bessenyei első tragédiája e latin eredetit követi. Lehet, hogy láta Patakon — tanuléveiből nincsenek pontos címadatak a sárospataki jezsuita színhárról —, lehet, hogy olvasta. A noi szereplők helyett szóló Szilágyi Mihályt és Gara Zsigmondot persze behelyettesítette Erzsébettel és Annával, időnként összevont, máshol egy-egy jelenet sorrendjét fölcserélte, de nagyjában és egészében híven követte a cselekményt.

Meszleni Marton Dávid számára a II. József halálát követő nemzeti ellenállás lékgörében válhatott érdekessé, megvásárlása vagy lemasoltatásra méltóvá a tragédia. A második kéz bejegyzései, melyek azonosaknak látszanak

* Kéziratom leadása óta meg is jelent: „Ismeretlen jezsuita dráma Hunyadi Lászlóról.” — Iskoladráma és folklor. Szerk.: Pintér Márta Zsuzsanna—Kilián István. Debrecen, 1989. 53–66.

a marginális jegyzetek frójának kezevonásával, szintén az aktualizálás irányába mutatnak: olyan lékörben születtek, mikor politikai perektről lehetett férni.

A kéziratot betűhívő közlöm, a szoktalan szóalakokra [sic!] jellel hívom fel a figyelmet. Másolás közben egy-egy szót a korrekció során szűrt be a megfelelő helyre a másoló; ezeket ' ', vagyis két felemelt pont közé tettek. Az aláhúzásokat kurziválással jelölöm. A szöveg után adom az eredeti, betűjelzéssel elkölöntött színpadi utasításokat; ezek csak — az eredetinek megfelelően — a harmadik felvonás végén kerültek zárójelbe: miután ti. elfogytak a felhasználható betűk, a-tól z-ig. Ezután, általam adott számokkal elkölöntve, következik a marginális jegyzetek felsorolása. Meg kell jegyezniem, hogy a feltüntetésekben kívül igen sok helyen van még a margón két vagy három vonalka (— —, — — —); ezek is a második kézről, tehát valamely olvasótól származnak; jelezhetik az illető szövegrész deklamációjának a nagyfokú izgatottságát kifejező szaggatottságát, vagy egyszerűen figyelemfelhívás a szerepük. A szövegközlést olvashatalanná torzította volna feltüntetésük, ezért lemondtam róla. Az y, e, a, fölölt alkalmazott kettős vessző, illetve ferde ékezet visszaadásának sem lett volna értelme.

Végül kedves kötelességemnek teszek eleget, amikor megköszönöm Csuri Károlynak, Ötvös Péternek és Laczkovits Miklósnak a szegedi munka során nyújtott szíves segítségüket, Szabó G. Zoltánnak pedig azt, hogy segített az összeolvasás nem könnyű munkájában.

Ladislaus Hunyady
Tragoedia

p. 1.

Argumentum

Ladislaus Hunyady, Joannis de Hunyad, Magni illius Hungarorum Gubernatoris Filius Adolescens Suae, Regnique Salutis perquam providus, Ulricum Cilejae Comitem, Ladislai Posthumum eorum Hungariae regis amicum, dudum jam ante Patri Joanni, nunc autem Sibi, totique Corvinae domui insidiantem ictu heroico profligavit. Rex illatam amico caudem ad profusas Hunyadij, hujusque Matris Elisabethae lachrymas, jurejurando licet condonavit, sed invidis postea consiliis in transversum actus, ferali in occisorem subscriptis sententiae. Caesus ergo in pulcherrimo aetatis Flore Ladislaus, atque in Foro S. Georgii Arcis Budae < Budensis >, quinque ictibus, non sine ingenti Viduae Matris luctu, omniumque Statuum, ac Ordinum maerore inextinguibili percussus.

Ita passim rerum Hungaricarum Annales.

p. 2.

Personae

Ladislaus Posthumus	- - - - -	Rex Hungariae
Ladislaus Garra	- - - - -	Palatinus Regni.
Inimici Domus Corvinae		
Paulus Bányi	- - - - -	Judex Curiae.
Ladislaus Hunyady	Filij Joannis de Hunyad	Dalmatiae et Croatiae Banus
Matthias Hunyady	Hungarorum Gubernatoris	Ejusdem Frater
Michael Szilágyi	- - - - -	Frater Elisabethae
	Amici Corvini	Matris Corvinorum.
Sebastianus de Rozgony	- - - - -	Eques Regni.
Sigismundus de Garra	- - - - -	Palatini filius.

His accedit Tribunus cum reliqua cohorte Praetoria.

Actus Primus

Scena 1^a*Ladislaus Hunyady solus*

Spirate Proceres! Ulicus jacet! jacet Patriae inimicus Hungarae, terror Civium, innocentum carnifex, Legum ruina, Patrii Juris pernicies: Ulicus illud illud probrum! rapinas cuius, et libidines orbis agnovit Hungaricus, Proceres longa inter suspiria, maesto spectabant lumine, ipsi intolerabili confecti luctu Filii Patriae, diris execrabantur modis, ille inquam Barbarus, jam humi quam oppresserat, oppressus jacet. En [a] tetro adhuc teperentem sanguine gladium! en Tuae o dulcis Patria salutis! ea domus Hunyadiae, vindicem dignitatis dexteram! haec, haec Patria virtus! hic ensis paternus testis mihi! quantus hac ipsa luce inimico occurserim, quantus in hostilia vibrarim pectora! Scelestus quippe aemulus, qui furore nefario, rabieque caeca, Patrium super mortem impetere; nunc in Filii involare caput, domum Hunyadiam, ac ipsam pene Gentem Hungaram, ferali dum | | p. 4. adducere vellet exitio hac, hacce manu, atque hoc, hocce gladio saucius ipso insidiarum loco, undam ruoris, et animam evomuit simul. Sic tandem subdola, qui Patriam premunt mente, innocentum [sic!] indigne qui petunt sanguinem, dum blandientis jam tenent summum rotae, repente cadunt, sic, sic Proditores debitas poenas luant [b] nunquam pressuri Patriam amplius, Domum Hunyadiam nunquam. — — — Ast quid ad haec maesta Pupillorum Vidua? Juvenilis quid sentiet Regis animus? Fidum si amicum, Duce, Comitemque Suum, mea concidisse manu audiat? Quidquid sit, haud moror, me Regi sisto quoque Regiam Supplex peto Clementiam, Sperantem si vota luserint, oferam [sic!] Letho caput, pariet hoc mihi laurum aeternam, quod pro illustri Gente, charaque, quam suea subduxii Tyranidi [sic!] Prosapia mea, Adolescens in sinu Patriae, in conspectu Procerum tristis Pannonibus victima ceciderim. — — — Sed quid isthuc Szilágyius, Fraterque Matthias? quaerarne, an gaudeam illis?

Scena 2.^a*Szilágyi, Ladislaus Hunyadi, et Mathias.**Ladislaus.* Quae causa tuos o illustris Heros! quaeve tuos dilecte Frater, huc citat gressus?*Szilágyi.* Infortunate Nepos! Tuam ego, omniumque Nostrum quaero Salutem.*Ladislaus.* Salutem queraris, quam Patriae toti mea vindicavit dextera hodie.*Mathias.* Ita vero, sed tui in perniciem, Nostrique.*Ladislaus.* Quam perniciem?*Math.* desine quarere, nefas hodie tuum, immolabit Nos omnes.*Ladislaus.* Gravi liberare jugo Patriam, inimicum Gentil Caput revellere, istam a Capitali sedare hostile vitam, hoc Frater appellas nefas?*Matthias.* Suo Regem privare Comite, Regii custodem lateris prostrernere, Supremum ferire Aulae administrum, hoc frater appello nefas. Hoc, hoc est, afflictæ | | p. 6. quod Matri Viduae sanguineas prolicit lachrymas, hoc Fratris miserum quatit pectus, ipsam hoc Domum Hunyadiam, summum in exitium agit præcipitem.*Szilágyi.* Nescio Hunyady! quis animum terror invitum subit, sed timeo tamen, laesae incurristi crimen Majestatis, intimum Regis profligasti socium, manus indigno Ulrici sanguine polluisti, causam si querant, queis vitae, necisque data potestas, quam reddas?*Ladislaus.* Qui modo horrebat nihil, nunc animus horret omnia! — — — Heu quam me vestro terretis timore, illustris animae! Spes tamen longe altior subit mentem, regnat in coelo, Deum, hominumque Pater, cui Lex

[a] Rubentem ostendit gladium

[b] imponit vaginae.

voluntas, cuncta qui nutu regit, qui vitae, necisque mutat arbitrio vices: Sentio auxilium; dabit, vitamque reddet. Ipsum fortasse Numen coeleste, mea vindicare decrevit manu fastum Ulrici, qui Patris Corvini, frustra cum toties expeteret Necem, in Nos Pupilos denique omne effundere virus volebat Barbarus. || p. 7. En [c] abominandam Sanguinis Nostri cupidinem: dudum jam socero suo Georgio, ejusdem fortasse conscientia criminis, perscriptam, verum a Servis interceptam meis — — Cape [d] lege.

Szilágyi. [e] duorum Corvinorum capita Tibi in proximo submittam Pater! Caninum isthoc Genus [f] amplius ferre nequeo" O horror!

Mathias. O inauditum scelus!

Ladislaus. Nunc demum justam Mortis Ulriciae videte causam.

Szilágyi. Video Ladislae! justam inculpatamque tutelam video! Aggressor Vitae iniquo obstitisti, inimicum sustulisti veterem, jamque non tolerando metu Patriam absolvisti, sed enim arcere Tyranum [sic!] quid Tibi? quid liberasse Gentem infami jugo? juratos si Patris hostes gremio fovet Buda, quid si hi teneram Regis mentem, falsis imbuant Judiciis? quid? inveterata si odia tuo in Capite tandem expleant? quam tibi non | | p. 8. metuo dilecte sanguis!

——— *Mathias:* Attonitu pavet horretque pectus? Caecidisti Regis amicum, amicos Ulrici reliquisti; an illi multam quoque caudem relinquunt? quis porro illaetabilis erit exitus? aut citatus Regio coram Throno, quid speras?

Ladislaus. Regis est Insonti dare clementiam, vitamque Malignos contra tueri hostes, hac spero.

Mathias: Hoc Frater speras? a Rege vindice id expectas? ne ego fallacem spem istam dixerim? quam vereor, causa ne tui, firmum, quem olim domus Hunyadia vidisset columen, nunc plebe permixti infima, alto praecipites gradu concideamus.

Ladislaus: O Frater! O Animi pars maxima nostris! te quanta salutis, honoris quanta, Corvini tenet cura! Sed macte animo! Serena rerum imago hodierna lucebit die, quid? adeone Regium obriguuisse credis pectus, ut revocatis Insignibus Gubernatoris meritis, relictæ ejusdem Viduae, pupillorumque | | p. 9. prece illachrymabili, flecti nequeat? Sentiet vero ille, Nostrum, Matrisque dolorem, sentiet maestam, quid esset orbare viduam prole sua.

Mathias: Frustra lenire meum, tuumque frustra tentas animum! majus aegro pectori accedit vulnus, horrore major! O magne Ducum! Patriæ labantis columen! et Generis illustre decus Joannes! Cur unquam Genti Hunyadie eam peperisti gloriam, quæ natis olim miseris tantas aerumnas cierit? Amate Genitor! afflictam modo daretur videre sobolem! ah ubi Tua illa fortis dextera? Ubi defensio?

Szilágyi: Quid Nobis suspiria? Non profuturus quid planctus proderit? Vadamus salus dum urget, Regia supplices vineamus pectora. — — — at ecce se sponte cum comitatu offert. — — —

Ladislaus: Quid primum fabor? aut unde incepero illi?

p. 10.

Scena 3^{ta}

Rex cum cohorte, Szilágyi, Ladislaus, et Mathias.

Szilágyi: Clementissime Regum! En, tibi duos stirpis Hunyadie surculos sistit infausta Mater, sistit Szilágyius, tende supplicibus gratiam.

Ladislaus: Gemina ad regios provoluta Pedes [g] cernis pignora Augustissime!

Mathias: Respicce afflictam domus Corvinae Sobolem, Viduam Matrem Rex benignissime respice.

[c] exhibet Epistolam Ulrici socero suo scriptam

[d] tradit Szilágyio,

[e] Szilágyi legit.

[f] sic appellavit Hunyadios.

[g] flectit uterque Hunyadi

Rex: Quid esse dicam generose patrum progenies? Ora quis subitus accedit rubor, quis Frontis horror? Surgite in amplex [h] vestrumque dolorem pandite.

Mathias: Mens, animusque stupe!

Ladislaus: Neu quam arduum talibus imbuere — — nunciis Regias aures! Regia tamen ductus clementia dicam quod est — — dicere quamquam justus hinc prohibet dolor, illinc timor. || p. 11.

Rex: Regia confidis clementia, times tamen? Si hoc est confidere, benignus cui unquam regis pateat animus? ambiguas precor omite voces, tutus loquere: — — quid? egone Inlytum Corvini Genus rejiciam? infima qui natos plebe promptus audire soleo? aut isthaec forsas Fronti ruborem parit purpura? ast regium exuens Fastum solium relinquens, coram adsto, Fratri¹ non Regi vulnus detegite vestrum, faciam omnino, a me quod munus exposcit Regium.

Szilágyi: effare tandem Hunyady dubiam quid — — tenes mentem Regiam?

Ladislaus: Excipe igitur Auguste, hodierna quem dedit dies casum fatalem, meminit perbellae Majestas Tua, quam non ferendo livore nuper, in — — Joannem arserit Patrem, Ulricus Comes Cilejae: Ipsi Nos meminimus, et meminisse sat cogit dolor, quam detestandae perfidiae paucis ab hinc Men- || p. 12. sibus tuae insimularit Majestati, meum illud Arce Belgradia factum, omni malitia omniq[ue] criminis purum, dum cruciatas copias, quas ille castro inferre voluit, ego utpote exteros aditu intercluderem, ita jubente Lege Patria. Caeca haec, suo quum effectu carerent vota, ardenter non tamen extinxerat Facem, vide inexplata quo prorumperit invidia! favores, quos altis gratiis tuis in Aula merueram, livido spectans oculo, vetera illa, sibi tamen nunquam proficia, Domum in Hunyadiam tela repetit.² Hodie tanta in Nos dum causam furoris flagito, ille ausu plus temerario, praemissis Generi Nostro mille convitis, ferrum vibrat. ego opposita, graviter licet sauciata ab eo dextera, lethalem capitis iuctum fallo, sed enim excandens furor nondum destitui, nisi hanc quoque humeris, — — juvenilem tollat cervicem, tum ego propriae salutis cupidus, — — accitis e proximo servis, furibundam repello manum, Invasoremque mei gravi per servos || p. 13. confossum vulnere, felix reproto. Talibus hodie, dudum qui mea optaverat fata, fatis ipse concessit comes infaustus.

Rex: — — — Superi quis horror mentem impulit! — — —

Mathias: O verum nimis, nimisque fatale omen!

Ladislaus: Hoc, hoc est, Regiam quod prece efusa [sic!] appellem clementiam.

Szilágyi: Matrem hoc Viduam uberes inter lachrymas ad Thronum prosternit Regium.

Mathias: Hoc, hoc idem flexo poplite, Majestatem deprecamur suorum nos omnes

Szilágyi: Et si quid vota apud Te mea, si Tibi Auguste redimitum in hocce caput, isthaec sinceritas, hoc Te per sceptrum Regium, per ista, gloriose, quae geris Principum decora, praecor [sic!], quae soque, ut si uspiam hic, hic clementem Maestis Nepotibus, praebetas dexteram, plangentis isthic So- || p. 14. roris, longos extinguas gemitus, hic Innocentem Corvini sobolem iniquos contra tueri impetus, haud abrus.

Rex: — — — Loqui vix patitur dolor! — — — Infortunatae! — — — imo nimium fortunatae mihi Patrum soboles! gratia vestra est! vivite securi, Patriaeque bono, Matrisque dulci solatio vivite! Vos Regia semper maneat clementia, me perennaturum mulcebit gaudium, linquere quod possim exemplum hodie, quo Orbis discat Hungaricus, Europae quo discant Principes, Insonibus misereri Patriae filii.

Szilágyi: Vincis clementissime Regum! hoc uno vincis factio, omnem Regnantum gloriam, et omne vincis decus Principum

Ladislaus: Beata igitur terque, quaterque soboles, cui novam intueri lucem contigit hodie! longe sed beatior, cui tantum venerari detur Principem! O Regum summe! cuius salute diu, tota || p. 15. stet Patriae, et Generis salus! quas tandem grates huic immortali reddam clementiae? aeternum obstrictos [i] vide subditos!

Mathias: Vivet haec Nobis, Domuique Nostrae, vivet indebilis gratia, aeternis scintillatura Triumphis!

Rex: Surgite nimium O Chara Patrum pignora! surgite, meoque et vestro dolori finem date! — — — aut quid praeterea poscitis? edicite, lubens in quidquid potuero succurrat.

[h] um Regisamplexans duos Hunyadios elevat.

¹NB.

²Primum hic Hunyadi percaset Regi quam fatalem se habuisse cum Cilejo comite casum
[i] flectant iterum

Szilágyi: Agrestis esset Regi, plura qui vellet, unam hanc Auguste supplices petiere Nepotes clementiam, concessisti, orbe qua major dari nequit, hanc suis miseranda Vidua quae sit singultibus gratiam, dedisti seris stupendam Posteris, perennibusque fastis inserendam.

Rex: Dedi ita est, dedi; daboque extreum, adusque 'vitae' spiritum; Divinum testor Numen, omnesque || p. 16. caelites, et regium isthoc testor sceptrum! quia Ulrici necem ulciscar nunquam, nunquam de stirpe Hunyadie quaerulabor. Hanc fixam, ratamque afferte Matri Charissimae Regis sententiam! — — — Sec quis iste aures invadit strepitus? Sunt Regai Proceres nisi fallor — — — Cedite tantisper dilectae animae, hic enim Regium resumere [sic!] decet pectus. — — —

Ladislau: [k] Ergo aeternum tibi, vitam, sanguinemque Nostrum habe devotum Augustissime.

Mathias: [l] Suscipe perenne fidelis animi Argumentum!

Szilágyi: Rex clementissime salve [m]

Scena 4^{ta}

Rex solus

Heu maerorem quantum! et quanta simul gaudia, una attulerit dies! Individuum amisi Comitem, maeror est, Viduae Matri, Natisque || p. 17. miseric, gratiam contuli, est insatiabile gaudium: Fateri si quid oporteat, illud fateor, fuisse Ulricum amicos inter Nostros nulli secundum, a Consiliis Regij perquam intimum, Regnique gerendis Negotiis idoneum summe Ministrum: affectum sed omnium vicere hodie innocentum preces supplicum, lachrymabundi vicere Elisabethae nuncii, meipsum, quin imo vici hodie, et Majestate dignum Regia, triumphum reportavi. Quam vereor gloriam ne partam mihi, discola perturbet meas hominum — — Sed quid isthuc tam celeri gradu Rozgonius.

Scena 5^{ta}

Rex, Rozgonius.

Rex: — — Oportunus [sic!] ades Rozgony! ecquidem in Arce Regia? Ut sunt Negotia Regni? an fauste cedunt omnia?

Rozgony: Fausta, infausta simul Auguste fero. Dicamne, an sileam?

Rex: Dicito. || p. 18.

Rozgony: Ulricus Tuus (:rem narro certissimam:) concidit hodie.

Rex: Ulricum concidisse scio, sed scire quoque percussorem cupio.

Rozgony: Hunyadi natu major, saluti ut consulat suae infaustum ferit Comitem.

Rex: Proh scelus! hoc attentare Hunyadius?

Rozgony: Attentavit nihil, sed suum lethali ictu caput erripuit.

Rex: Audit Senatus hodie tantum nefas, ipseque paenas exiget meritis pares.

Rozgony: Tu quaeo Auguste, quis sis vide, Rex es, Regio indignum munere, gere nihil. Si unquam alias, hic Tibi vigilare opus cumprimis, Hunyadius isthic venia dignus; novimus, quam petulanter saepe, Corvinae improporiarit Domui, ac ipsos optimates Regni, quam tumida despicerit fronte Ulricus. Regia toties roboratur dignitas, quoties Procerum, suffertur de medio hostis. || p. 19.

Rex: Quid istud Rozgony? Tunc nostri in Praesentia, ita Ministrum Aulicum, Regiumque lacessere Comitem?

Rozgony: Venia dignare Auguste! regia si quid indignum protuli Praesentia, id unum dico, dicere quod jubet Principi pietas; amor quod Patriae dicere jubet, (:neque enim pravo assentandi studio, isthoc pannondum maculavi pectus:) dico id unum, id sentio: plus longe, magisque Tua fortissimo Juveni debet Majestas ob benefacta Patrium insignia, saeque generosae virtutis specimen, quam centum Cilejae comitibus ficta, subdolaque erat, Regium qua

[k] surgit,

[l] pariter,

[m] facta inclinatione Regi debita omnes tres abeunt.

aucupatus animum, Ulrici Indoles, et qualis porro futura, vidisses Auguste, non sine ingenti, Patriaeque Tuaeque, vidisses salutis dispendio. Quippe primores qui Gentis Hungarae subigere sensim, fidos postea Patriae opprimere Filios cum caepisset, tum demum grande coronato quoque capiti, et grande sceptro huic tulisset exitium. Hungara haec, et incorrupta mente loquor, haec animo cape et revolve. | | p. 20.

Rex: — — — Super! Ceu Regnum unum lucretur Princeps, fidelem quod si videat subditum! — — — Sed quid si livore in Ulricum veteri dicis haec?

Rozgony: Ne queso Majestas, ne tam sinistre de regni procere, omnis ab hocce pectore abest livor, vindicta exulat omnis, audax enuntio quidquid est: a veritate abhorreo nunquam.

Rex: Ah, Rozgony! ut ista voce, ut hoc animo places! hodie tuus probandus erat animus, Fides probanda; sic nempe suorum lustrare solent corda Principes; sed tu, quid candor mentis, et animi quid possit sinceritas, prodidisti. Sentis omnino, sentis, fortem quod deceat sentire Heroem: regiam nempe curas sententiam, Corvini afflictam dum curas sobolem, jam enim gravi liberavi metu, genus Hunyadum, jamque perpetuae, caedem Ulricam misi caligini, quia in Natura legem haud reperire potui aliam. Sed vero amice dicio (hoc enim te jam Nomine:) dico amice facto quid opus, mortem si Hun- | | p. 21. yadiam Judicum sanctus petat rigor.

Rozgony: Veniam Corvino si concessisti benignus, mens recte actiorum conscientia Magistra erit, ductrixque; hinc ubi de morte, ubi de salute Innocentis agitur sanguinis, Regio insistas pectore precor, cave sinistris mentem ut imbu siñas consiliis. Es vitae, necisque arbiter ipse.

Rex: Animum miror Heroem, proboque, bene consulis, Tuos hac in causa petam affatus de hinc [sic!]. Nunc Palatinum in Regiam si arcesseres, admodum vellem, quo tanti causa ponderis felicem sortiatur exitum.

Rozgony: Regia promptus sequar Imperia.

Scena 6^a

Rozgony et Garra.

Rozgony: O raram! inauditamque Regis clementiam! O Benignitatem seris Nepotibus praedicandam! ut illud tenerum! ut lene per omnia, facileque exhibuit pectus! Heu felix nimium Pannonia Principe tanto! — — —

Garra: [n] Ecquis hic tantis laetitiae signis? | | p. 22.

Rozgony: Est Eques Patriae, Regnique Nobilis.

Garra: [o] Tunc Rozgony? audistine casum fatalem? patratum arce homicidium didicistine?

Rozgony: Ulrici mortem audii, sed homicidium audii nullum.

Garra: Quid esse reor? nullumne homicidiam reputas? Caedis Ulriciae incusas neminem? — —

Rozgony: Neminem indubie; ne enim Ulricus concidat, quis unquam bonus, Patriae cavit Filius? justum ille virtutis suae tultit praemium, mercedem justam.

Garra: Sic tu de amico Regio? nihilosecius de Regis assiduo comite?

Rozgony: Nihilo secius, ac ipsa Majestas Regia, haec mortem Ulrici vindicare decrevit nunquam, haec Hunyadum, Homicidam, quem tu nominas, omni absolvit criminе, fratrisque loco coaptavit perenni favore suo, cum omni stirpe Corvina decorandum.

Garra: — — O horror — — — itane? hoc Rex | | p. 23. Hunyadio, ejusque Domui? Unde id Rozgony tibi?

Rozgony: En paulo ante Regio cuncta ore didici, utque in Regiam ocyus pergeres, in ejus accepi imperis.

Garra: Morari igitur haud expedit, vale hac de re tuum postea.

Rozgony: Tu Felix vade, abscedo et ego fausta Corvinis latrurus nuncia, id precor tecum revolvas, id agas, munus quod poscit tuum, ipsa quod poscit Patriae, Centisque salus, verbo; Te Palatinum, esse noveris.

Garra: Quis ego sim et quid me facere deceat, palam hodie una dabit dies.

[n] Intra scenam clamat.

[o] exit.

Scena 7^{ma}
Garra solus.

Hem! suo quantus evasit crimine Hunyadius! quantum status per omnes tulit Nomen! favores Regis meruit quantos! ego qui regio dominabar hucdum pectori, leges qui Regno ferebam assidius, cuius ab arbitrio omnes pendebant Proceres, ego Corvini Genus tumi- | | p. 24. dum meo praecellere videam Nomini? intactae per omnem Gentem Gloriae, tantum inuri sinam dedecus? Non non sinam, non patiar: Hodie mea quid possit dignitas, Palatina Regno, quid auctoritas valeat, palam dabo. Pannonidum sentiat Orbis, superbis sentiat Hunyadius, Palatino suam debere vitam, vel mortem. Palatino quidem sceptrum qui Regium tenet altera, altera moderatur 'manu' Regni carinam. Decet hac ipsa luce senatus Hungarici, cogere curiam, facinus Hunyadij ad Patriae revocare leges oportet.³ Id tamen dum incepero, hac juvat progredi arte, Corvinum Conjuratorem, laesaequ Majestatis faciam conscient, Magnum hoc in Rege, in plebe regis amente, maximum murmur ciet. Tum ubi Judicum in senatu petiero vota, servidam ante Ulrici tegam Indolem, postea Hunyadium sontem declaro, homicidamque his armis pugnandum, ubi nulla meritorum merces, laborum nulla manet gloria: Hic mos hodierni aevi usu receptus, Palatini haec est fixa ra- | | p. 25. rataque [sic!] sententia. — — — Et ecce meus quam oportune [sic!], isthuc Sigismundus.

Scena 8^{ta}
Garra cum Sigismundo Filio.

Garra: Rebelle occurris nate! Hodie tua quid Pietas in Patrem, quid reverentia, palam dabis. Grave nihil jubeo, et salutare tamen.

Sigismundus: En promptum ad quaelibet Patris Imperia pectus, dummodo salus mea, et tuus amate Genitor petat honos.

Garra: Petit hoc utique honosque meus; Tuique et Generis Nostris amata salus; quippe tuam quod monueram Annam sororem, ut mea si Filia esse vellet, promissas Hunyadio, Homicidae, infami retractet Nuptias, id ipsum Te quoque volo monitum id impero domum ut Hunyadiam pejus angue fugias, omne deinceps sive cum Mathia, sive Ladislao scindas commercium.

Sigismundus: — — Superi! — — istud quam ob causam | | p. 26. Genitor?

Garra: Ladislaum Regii peremptorem Comitis non ignoras, Mathiam ejusdem socium sceleris, an tutus negare queas? qui ergo stirpis cum opprobrio Nostrae tam detestanda petas consortia? Non non Fili! propudosos ab hoc momento vita socios, Pater hoc natum monet, rogatque.

Sigismundus: Genitor! loquentem venia dignare sobolem: Monita venerari parentum Patriisque morem gerere placitis, Natura dedit Mater. Sed proh Deum, quam hoc arduum Juventae huic Imperium!

Garra: Obsequi decet Juventam, Pater dum imperat.

Sigismundus: Obsequor ita est, obsequor illustris Genitor! Maesti si Amici mortem pro crimine ferant, sed enim uteque salvus si steterit super, frangere qui possum, sanctum cum opprobrio foedus?

Garra: Quid tu pertinax hodie? hoccine Pa- | | p. 27. Patrum [sic!] venerari monita? Patriis hoc morem gerere placitis? Ultimum dico: Corvinos in tuos agnoscas hostes, hostis est Pater ipse, hostis, haec [p] si eam ultricem experi: ultra ne quidquam — — — ego dum Regiam peto, tu domum extra Paternam ne latum unguem.

Scena 9^{ta}
Sigismundus solus

Acerbum! heu acerbum nimis! et miserandum fatum! Corvinae renunciem Domui, deseram illustrem stirpem Hunyadiam, urget Genitor. Atra! horrida! et terribilia nato Imperia! quid? Patris si Jussa violo, sum impius, si strictum, quo charis jungor Nepotibus, amoris rumpo vinculum, perfidus vocor, et faedifragus, attonitam horrore

³En Palatinus quali dolo, et fraude usus est.
[p] extendit dexteram.

quatis tristis Imago mentem! angor! torqueor hinc, et illinc! nec tamen facto quid opus, reperio — — — et heu parvus hic Mathias dilectus socius gradum fert. — — — quid dicam? aut qui saucium detegam pectus? || | p. 28.

Scena 10^{ma}

Sigismundus, et Mathias.

Mathias: Quem coram cerno Superi! Tune Sigismunde amate Socie? ecquis horro mixtus eminet vultu dolor? fronte quid nubila tegis? quid erumpentia maesto recondis pectore suspiria? Nam quis delinquare Tibi, aut cuius doles, metuisne causa?

Sigismundus: Ah perdilecte Mathia!

Mathias: Quid est?

Sigismundus: Mei ego scire si cupias, mei vestrique doleo causa.

Mathias: Gaudere deceret rebus secundis, Regisque dulcem colere clementiam.

Sigismundus: Sed decet quoque miserandam lugeam sortem.

Mathias: Illam eloquere.

Sigismundus: Illam si eloqui justae sinerent lachrymae, et dolor sineret praepotens.

Mathias: Sic nempe amicum tenes?

Sigismundus: O quam Sinistra⁴ quam dura, et acerba pandere cogor molimina! ego Domum qui Hunyadiam sexcentis aliis plus dilexeram, qui Famae Vestrae, Vestroque Honori, honorem meum, et hunc per cuncta pericula sacravi cruentum; modo renuciem Vobis, Vestram fugiam Stirpem dilectam, cogor heu cogor miserimus [sic!] Ihoc hoc est quod in lamenta cogit assidua Sigismundum, hoc Annam quoque sororem torquet, lancinat implacabilem, que Ladislae datam, ut revocet Fidem, heu quantis impellitur minis! quis haec omnia sicco spectet lumine? quis intolerabilem ferat luctum?

Mathias: Superi quid audio? quis vero Jussa talia? minas quis ejusmodi?

Sigismundus: Pater hoc jubet, heu pater infaustum natum, infaustam jubet filiam.

Mathias: Hoc Pater natus? Palatinus hoc Hunyadi? Hoccine tandem Corvina grandis poposce- || | p. 30. rat virtus? haec Nostra in Patriam meruit pietas, amorque semper conscius? hoc Palatini maestos in pupillos, inque miserandam viduam cura, et protectio? Huc ergo Joannes amate Genitor! huc omnes labores illi, conatusque sanguinei pro incolumitate Regni Hungarici? huc illi tot non sine praesentissimo vitae periculo, cum acerbissimis hostibus facti conflictus? huc gloria omnis, omnesque Triumphi reciderunt? ut proles dilecte Tibi, his quondam premantur acerbitatibus, aut dirae fortassis Neci addicantur? O spes fallaces!

Sigismundus: O tristes, et calamitosas rerum vices.

Actus II.^{des}

Scena I^a

Rex cum Cohorte, Garra, Bánfy.

Rex: Agite Proceres! (a Vestro enim vita, salusque subditorum pendet Judicio:) agite, quod Vos ex munere vestro in infelicitis causa Hunyadii agere deceat. || | p. 31.

Garra: Agere Auguste decet nihil, quam quod Avitiae Pannorum dictant Leges, quod Sancta dictat Justitia: Illa ut improbi, et Patriae imminetes plectantur cives, imperant, haec ut permicosa Malevolorum vindicentur molimina, suadet imprimis, id ipsum igitur toto amplectimur pectore.

Rex: At Leges varie secerendas, an ignoratis Judices? quid si cum sontibus, insontes plectantur etiam? quantus hic error? Patria si utili viduetur civi, quantum hoc damnum fore? sunt Nobis Leges, quas Patres Nostri Sacro-Sancto sanxerunt foedere, sunt Jura, queis innitens Inclita semper triumphat Pannonia, ex his nequidquam mali profluat, praepedire vestrum est, Proceres.

⁴NB.

Bánfy: [sic!]: Ita est Auguste, Nostra in Judicis opus vigilantia, Nostra vigilare debet prudentia; sed munus nostrum, quia a Rege trahimus, illud per Regem robore juvat, et juvat Regiis robore Decretis Leges patriae, si quid pro Regni statuatur bono, omnis is Regem redundat gloria, saepe Nos Regium celebrari audivimus Nomen, saepius Gentem per omnem ab ipsa plebe infima, Viduis, pupillisque, Tuam memorari aequitatem vidimus et clementiam, hic suus, Regio Nomini, ut maneat honos, agere nostrum est; hoc idem senatus poscit Hungaricus, hoc ad Majestatem Tuam, Judicem Curiae delegavit.

Rex: Libremus igitur causam tantisper, agite Judices! Vestra de Hunyadia depromite sensa [a].

Garra: Ulricus, quis fuerit, quantum in Regia meruerit Aula, perbelli Nostri Auguste⁵ Dux, Comes, Tutorque fuit eximius, et licet extra natus Gente, Fidus attamen amicus Regis, Regnique fidus Minister, id quod Senatus omnis, omnesque Regni clamant Status, Ast occisorem Hunysodium, uno veluti ore, mortis condemnant sententia. Nec sane illibata si Patriae pensem Jura, sique Sapientissima Regum Nostrorum evolvamus | | p. 33. Statuta, aliud hac in causa nostrum dictare ausit Judicium; sic enim primus Rex noster Apostolicus libro Decretorum suorum altero, capite 46.⁶ [b], „Si quis hominem gladio occiderit, eodem juguletur Gladio”

*Rex:*⁶ At enim idem Rex Stephanus, libro codem (si bene memini:) tertio decimo statuit capite [c] „Si quis casu occiderit aliquem, 12 pensas auri persolvat, et sicut Canones mandant jejunet.” nulla hic mortis mentio. Sed et Consuetudines Patriae, inde ab exordio Regni Hungarici, usu non minus receptae, ac ipsis Decretis Regiis roboretur, idem censem; sic autem illae [d], „Qui evaginato Gladio alterum aggreditur, (id quod fecisse Ulricum Testes docent:) illico praesummitur [sic!], quod aut necem illi inferre, aut lethalia vulnera infligere machinatur, sive igitur Aggressor ille occidat, sive vulneret, neutrum tamen illorum aggressus ille (:qualis est Hunyadius:) pati aut tolerare tenetur.”

Garra: An vero, in Una Ulricia caede Corvini | | p. 34. cessen impetus? Audi, quo effrenis quidvis agendi prorumpat libido.⁷ Hic Adolescens perfidus, ut certis constat Testibus, Seditiosam hinc, illinc Turbam collegit, et munere haud contentus suo, regium ambit sceptrum, jam jam in ipsum ni ante diem ferventi occurras manui, Thronum involat, quanta hic Tibi, et huic Diademati instant pericla, vide. Regnant etiamnum grandia Patris merita apud Populum, totiesque recurrent Plebi, quoties conspicitur Filius, aere qui Potens, potius amicis ipsi sceptrigerae non verebitur obsistere manui.

*Bánfy:*⁸ Adolescentiae credendum nunquam, nunquam haec suos audacie ponit limites. Vidimus illius, quo non eruperit temeritas, ut regii Amici sanguine perfidas cruentaverit manus, quid nisi caedes posthac ipsi Coronato intentet Capiti? Sed parcas impio Patriae membro, Auguste! quid porro vicinae de Nobis potentiae? Nonne captivum dicent Regem Pannorum? Amicos, cuius libere caedant subditis, subditos ipse cae- | | p. 35. dere nequeat, quantum hoc Tibi, omnique Genti Hungarae foret dedecus! hoc, hoc est, ipse quod Regni Senatus Cavet sollicite, hoc justam Corvino capitii dictat sententiam, clamanti hoc priscis sancti Regibus mores Patriae, ubi caeteros inter, de Majestatis laesa crimen, hic praecipitus asseritur casus „Si evidenter quisquam contra Statum publicum, Regisque et Coronae se se erigit et opponat.” Quod quia agitare Corvinum cives fatentur incorrupti, iisdem indubit poenis, queis infideles, et conjurati plecti solent, plectendus ipse.

Rex: Ast ego petenti Hunyadio omne condonavi crimen, omnem sum pollicitus gratiam, hanc revocare nefas, Regium verbum, verbum sanctum est, quid quod illustris Regum (:ne longe digrediar:) Sigismundus Avus Noster, decreto gratiarum genuino, sibi refragantes praevenerit socios? hujus amplecti vestigia, quid prohibeat?

[a] Hic Rex consenso Throno sedet, cinctus utroque latere duobus *Judicibus*.

⁵ Palatinus Garra omnes nervos contendit adversus Hunyadium

[b] legit ex veteribus Manuscriptis,

⁶ Rex Hunyadium non minus ac suum defendit filium

[c] legit pariter.

[d] ex alio scripto legit.

⁷ Palatinus atro mendacio Hunyadium sacrilege obscurat

⁸ Iste Judex Curiae secundus a Palatino Garra Hunyadii Inimicus, quantovere Ejus impliam secundat voluntatem.

Bánfy: Ita sane, sed suis, quos haeri [sic!] praevenerat gratiis Rex fortissimus, hodie rursum, gravi cum dam-
| | p. 36. no suo perfidos vidit, et Faedifragos; nimiam clementiam, nimia⁹ subsequi solet audacia; bene. Supplicare norunt male consci; crimen contegere suum, bene nimis, Num ea propter, insons putetur horum indeos? Si semper ratae habeantur querelae, nunquam pro merito, aut praemiari boni, aut puniri possunt impii: Lex in Iudiciis Magistra optima, hinc ubi de Salute Regni, de corona ubi agitur Principis, toto inhaerere deceat pectora.

Rex: Gravis haec causa 'est', Judices, nec paucis momentis terminanda; date Consiliis moram, major ut vigilanta prosperum causae reddat Finem [e] Ite si lubet! iterum Senatus curia coacta, rem evolvite.

Garra: Veniam Auguste dabis, ipsa haec si porro ferretur sententia; nec enim ferre aliam Patriae sinunt Leges.

Bánfy: Nova igitur petenda vota Judicium; Regiis mox obtutibus offerenda [f] praecamur interim Tecum Auguste revolvas, quid Diadema Regium, quid | | p. 37. Patriae, Gentisque Pannonicum poscat salus.

Scena 2^{da}

Rex Solus.

Heu splendidum nimium, sed infelictem quandoque Regum Sortem! dicite Vos, quotquot milcante in Solio, redimita praefertis Capita, quantis saepe mortibus rutilans Regum agitatur Potentia! (quantis involvitur ambagibus dignitas, atque Gloria? grande est Orbem divisum obligaturas regali e Solio dare regulas, grande metuendam scepro armare dexteram, Sed enim, Deum immortalem! Grandi huic ut respondeas Nomini, quam amaras rerum subibis vices?) ego Sancta Magnae Hunniae redimitus corona, Rex sublimi corrusco honore, et tamen quam multa superbe, arroganterque dicta, plus quam civili fero rubore! Senatus ad mortem poscit Hunyadum, Regis accedere debet sententia, quae, malum si sortiatur exitum, totum in Regem manabit dedecus: Superi quid hic consilij capiam? an | | p. 38. Garram, Bánfyum, Statusque Regni praecipios, unum ob Hunyadum negligam? Num stricti Senatus Sanctum infringam Judicium? at quali postea victima, ulceratos procerum expiabo animos? An Hunyadum, cui jam omne dimisi facinus, rursus mortis condemnem sententia? at qui in Transylvania Tumultus postea? quis seditionum, quas hujus potentes scient [sic!] socii, erit exitus? eheu quis pavor pectus occupat! quam partem in tanto rerum discrimin'e sequi debeam? cuius adhaerere pergam motivis? stimuli clementiae veniam urgent identidem, morte a personant Procerum voces et Justitia. Quam vereor, ne Gentis Corvinæ causa, quam salvam volo, atque incolumem, ipse in exitium tandem praeceps ruam! O Nomen Regium! Munus acerbum, onus horrificum! — — — et ecce rursum hac Szilágyi Domus Corvinæ Tutor. | | p. 39.

Scena 3^{ta}

Rex, Szilágyi.

Rex: Salve, Szilágyi! novi quid afferis?

Szilágyi: En tibi perenne Rex elementissime grati pectoris votum [g] Elisabetha soror, quo se, pupilosque suos Regiae aeternum Majestati vovet, et grates pro immortali clementia agit immortales.

Rex: [h] Superi, quos hic affectus viduae? — — — et ubi Ladislaus? Num in Regia?

Szilágyi: Ladislaus a Regia tantisper pedem retrahit, quo amicorum Ulrici fallat odia.

Rex: — — — Utinam illi soli! Sed — — — quam velle adasset Nobis uteque.

Szilágyi: Ignoscet Auguste! si quae ipsi in praesentia cum vidua debuissent Matre, eadem per me deferant homagia, et vindictae namque studium, ne magis excitent, aulam se vitare simulant, Maternis aedibus immorantes. brevi Hunyadimum, suam repetent Patriam, injuria ab Ul- | | p. 40. rico sibi, Patrique quondam inflictæ oblitii penitus, modo singulari Regia fulti clementia, quietam in Patria ducere possint vitam. Ipse Ladislaus, ne quis

⁹N.B.

[e] Throno descendit.

[f] in procinctu.

[g] Litteras offert,

[h] legit secreto

invidiae supersit locus, Patris meritorum immemor, Dalmatiae, et Croatiae lubens renunciat, redux in Transylvaniam, mavult privatus ad mortem usque regias recolere gratias, quam pro publico munere livorem ferre perpetuum. Hoc ille ad Thronum prostratus Regium, Majestatem tuam orat enixe, deprecaturque.

Rex: — — — Quis mihi rursus dolor! — — — lubens equidem, et legationem tuam, et Corvinorum gratos, in Regem suscipio animos, Tu tamen Szilágyi perge, Elisabetham Regio Nominis salvere jube, et Hunyadum in Regiam accersito utrumque, uterque Nostris in Conspectibus gratus erit.

Szilágyi: Regia ad nutum fient placa — | p. 41.

Scena 4^{ta}

Rex solus.

Quamquam quid ego infaustos Juvenes in aulam Regiam? ubi plurimorum nondum extinctus furor, fortasse Regii abditi delitescant aedibus? Ast vereor, ne Garram, Bánfium, et cum his majorem Regai partem offensam reddam mihi; Ergo in Transylvaniam remittam miseros? sed quantis vel ipso itinere volvantur fluctibus proles infaustae: ubi si nobilem profuderint sanguinem, nunquid [sic!] non ego dicar, meam infelici cruento purpurasse dexteram? heu mentem quo vertam dubiam? (:quid tantis rerum anxietatibus capiam munera, quid consilij?) — — et jam propinquant Judices! O si eorum evertere sensa! si enervare possem molimina.

Scena 5^{ta}

Rex, Garra, Bánfy.

Rex: Quid tandem Senatus in causa Hunyadina? qua mente Judicium terminat? Nostrisne melius favet consiliis, vel sua etimnum manet sententia? | p. 42.

Garra: Senatus mentem, ut mutet pristinam, adduci haud potest, fixum, ratumque est, Ladislaus, quia mortem peperit, morte pereat, Mathias cum caeteris domus Corvinae Asseclis Regio stringantur carcere, hoc omnis clamat status, sonant hoc omnes Regni Proceres. Jam aequitati, Patriisque contraire Legibus, jam sceleratos suo absolvere crimen nefas est. Crede Serenissime ausum hunc, si impunitum dimittimus, summo et Majestatem Regiam, summo et Inlytum Regnum involvemus periculo. To equidem illo vivente vivere securus ipse nequibus [i] Vide, lege, Tuamque immutabili Senatus Judicio junge Sententiam.

— — *Rex:* [k] O vices rerum lubricas, acerba Fata! Vestrumne quispiam regales ambit Titulos? dicite: ecce ego triumphalem,⁹ a qua tegor, exuo purpuram, venerandum Pannonibus depono acinacem, sceptrum, coronam, et cuncta e juvenilibus humeris pono insignia, summite [sic!] si lubet, Vos Orbis adoret Hungarus, mihi mente bene conscientia frui liceat. | p. 43.

Bánfy: Honores regios ambit nullus, verum Rex quoque audacis in homicidae consentiat funera, latae a Senatu subscriptat sententiae, hoc omnes Regni Status, hoc Buda, Regni optat Domina, hoc una omnes decernunt Proceres.

Rex: — — — Imo hoc Garra percipit, optat Bánfy¹⁰ diceret satius — — — O vellem longinquis abesse Plagis! (sive qua calligantia Hesperiae Thules visuntur vada, sive qua infelices Libiae uruntur Populi:)

Garra: quid queso tecum ipso tamdiu? regia quid dubius quat� pectora? effare tandem: quid obstat?

Rex: Garra quid urges? da moram consiliis precor.

Garra: Mora quid juverit? Si omnis clamat Senatus, et clamant Status omnes Regis consensum [i] Judicialem ea sententiam: Nomen inserito Regium.

[i] propinat Regi scriptum Senatus.

[k] abnuendo.

^{9/2}NB

¹⁰NB.

[i] tradit scriptum

Rex: [m] Preat pectus hoc, ni secus sentiat! O quam rebelles animo assurgunt motus! Heu quid agam?¹¹

Bánfy: DEUm immortalem! Auguste quid Tibi | | p. 44. vis? adeone dignitatis oblitus Regiae? adeone tuam ipsius salutem negligis, ut propter indignum Genus Hunyadum, aperto illam jacias discrimine?

Garra: Subscribe, quid dubitas? Regium hinc illinc, quid torques animum? edic silentii causam.

Rex: O Palatine! Tu quoque sileres utinam, idemque tecum sentires ipse.

Garra: Sentire aliud nequeo, quam Lex, quod Patria dictat, dictat Senatus, Senatum suis raro admodum errare in Iudiciis, Auguste nosse potes, ne nunc errabimus crede, aut errare si contigerit, in nostros totum humeros summimus [sic!] onus.

Bánfy: Nullum hinc in Majestatem Regiam manabit dedecus, si quid emergat forte, omne id in nostra volvitur capita. Tu in solio sedebis tutus, modo praesenti subscriptas sententiae, haec poscit Regni, Regisque salus.

Rex: Vestris igitur conscientiam erit Mentibus | | p. 45. meum si insero Nomen.

Garra: Totum utique quantum quantum est, Nos recipimus, Nos si quid pericli fuerit, vitam profundemus et Sanguinem.

Rex: [n] — — —

Scena 6^{ta}

Garra Bánfy.

Garra: Vide sis Bánfy victoria nostra, quam sit ardua!

Bánfy: Ardua licet, sed reportata tamen.

Garra: Ast quantis ferebamur fluctibus? qualem subire metum, angustias quales? quid? Nostram si reposuisset ille sententiam? Regium quid si detrectasset Nomen?¹² quid si statibus Regni praeceps, nostra expandisset consilia? quanta in caput Nostrum suscitassemus Tela, odia quanta?

Bánfy: Haec secura postea, sequentur dehinc longe alia. Metam attigimus prosperi, jam aulae | | p. 46. Corvinæ pressa superbia, nostram auximus potentiam, jam totum Regnum; Judicum non modo veneratur famam, sed metuat quoque jam Status omnis, omnesque Ordines nostras aucupentur gratias est necesse. Rex ipse tantam suspiciens auctoritatem, suum in Nobis Diadema ponet, collocabit [o] Quid adhoc Palatine? quae sensa tua? quo tam profundus mergis? quid tecum dubius? Nostrisne rebus quisquam irrepererat error? An facti poenitet?

Scena 7^{ma}

Garra, Bánfy, Rozgony.

Rozgony: [p] Salvete Regni Proceres! dubia quid quaeo Frons haec sibi? quid animorum rara anxietas? Oculi minaces fulgurant, vultu dolor, horrore mixtus emicat, suspiria quamvis condatis pectore, erumpunt tamen, quid esse dicam generosa Gentis culmina?

Garra: Quid quaeris Rozgony? animos, qui premit, pulsatque dolor, est Nobis, Tibique idem. | | p. 47.

Bánfy: Rex jam a pristina descivit clementia, jam in Hunyadum inclinat mortem.

Rozgony: Itane vero? O vagam sortem, volucresque vafrae [sic!] gyros aleae! O Facinora Gentis humanæ nimis crudelia! Stupete vos, vos Incliti Heroes Paonum! et quot quot profuso Huaniam decoratis sanguine,

[m] capit, aspicit, concendit Thronum, legit Secreto 2 inter Judices, rapit calatum vult subscribere, interim repente abjecto in mensa calamo dicit:

¹¹NB.

[n] consternatus resummit [sic!] calatum, inserit Nomen regium, postea abjiciens calatum ne verbo dicto abiit celerrime.

¹²NB.

[o] Garra viso Rozgonyio terrae defixit oculos, rubore suffusus tacet.

[p] audito in proxima scena omni sermone.

stupete Pugiles! Hunyadi moritur! O dulcis, quae nos genuisti Patria! Siccine invictos in flore amittis Principes? Ubi est magni Patris Tui memoria? Princeps tenerime ubi gloria? Pater, quod mundus tacite, neverco intuitus vultu, quod bellicosae stupuerunt Gentes, egit providus, et nunc morietur Filius, virtutis Paternae surculus? At moriatur ille quidem, sed vestris dolis, Patriae ereptum, sera facebit posteritas nunquam.

Garra: Quid hoc Fortissime Heros? Nostris illum succubuisse dolis loquetur Posteritas?

Rozgony: Vestris Hunyadum occubuisse Telis audacter dico, tenerum quia Regis in casses perdixus- | | p. 48. tis animum, Latere vestra creditis consilia? luce quin imo clariss patent. Siccine Judices, Regni curare negotia? Sic aequitatem ex Patriae Lege ministrare? tenellam Regis mentem, vestri pro lubitu si traducere? insontes, beneque de Patria meritos Filios, nominis ob Famam caducam, sic opprimere? pudeat in tam Nobili corpore, tam ignobiles residere animos, sed, sit iste gloriae, dignitatissime Vestrae stimulus; praeclarum enim vero, Vobisque et Vestris Nepotibus duraturum gloriae specimen! vivite nongentis licet annorum Epochis, labem Nominis Vestri aeternis sculptam cernetis Tabulis, fama loquax, facinus isthoc, diviso ebuccinabit Imperio, nullus ut non sciat orbis, Vos ab avitis Patrum Nostrorum descivisse virtutibus: omnis Natio, sive qua arcta Parthasis sempiterno riget frigore, sive qua torido [sic!] vexatur Zona Polo, vestram damnabit memoriam. Quid? tamne vesana putatis futura saecula? ut ubi ne una splenduit virtus scintilla, ibi etiam arsuras accendat gloriae faces? | | p. 49. Non, Non sic, aeterna nomen vestrum manet ignominia?

Garra: Corda quis subitus pavor, horroreque pulsati! ergo arcana patent omnia?

Bánfy: — — — Vox haeret! heu quam belle nostra hic consilia! — — —

Rozgony: Quid ambigitis? quid mentes versatis attonitas? Vos, vos mea attinent dicta Judices! Vestrum si potestis purgate nefas.

Bánfy: Indigne Heros! nondum taces? his Tu convitis Palatinum, et Curiae Judicem?¹³

Rozgony: Convitia nulla, sed veritatem promo, non ego Palatinum, neque Judicem Curiae (his honor toto debetur Regno:) sed grande malum, grandeque redarguo vitium.

Garra: — — — Hei mihi, quid egis! Numina aquisissima! aut crimen meum saevis addicte paenit! aut hoc convitum tantum plectit! quo fama, Nomenque meum proscindi nequeat. — — — | | p. 50.

Bánfy: Fortia Palatine quid torques pectora? annum quid magis, magisque ulceras? calumnianti cede, meritas brevi, convitorum paenas huet. vadamus potius, quo Principis Patriaeque vocat salus.

Rozgony: Ite, quo gloriae caeca libido trahit, ite. — —

Garra: [q] O durum nimis, nimisque fatale omen!

Bánfy: [r] O saevam admodum, et illaetabilem hominum sortem!

Scena 8¹²

Rozgony solus.

— — — Heu male sanae, maleque conscientiae mentes! quantis agitantur motibus! ut ne affari norint quidquam. Sic nempe invida! ingrata, impia sic Patriae membra! ut quia virtute sua possunt nihil, fuscas cereasque majorum jacent Imagines, Nobile ad astra usque attollant genus; Hinc si quis illuxit honor vanae potentiae fascinati illecebris, stare loco nesciunt, sed centum obstantia licet rumpunt repagula, dum ad sublimes tandem inanis gloriae deferantur thalamos, ubi instinctibus suis et ipsum irretiant Princi- | | p. 51. pem, et Regnum universum, tumidis premant Judiciis. O DEUS Pannoniae! potentem erige dexteram! qua male merentem, arce de sublimi, solii micantis, fulminas orbem, intona, et Faedifragos sceleratorum compesce animos, feros comprime impactus, quo innocentes, salvi persistant Patriae Filii! — — — Sed heu, hic mihi infastiae, occurunt Proles! et jam ribillat [sic!] pectora exurgens dolor!

¹²NB.

[q] in procinetu.

[r] eundo.

Scena 9^{na}
Rozgony, Ladislaus, et Matthias.

Rozgony: Quo vos afflictæ soboles! quo vos sinistra ferunt Fata! quid enim Hunyadini petitis potius? longa quid Budae mora vobis? an forte conspectum subire Regium?

Ladislaus: Ita est, Rex ad se jubet utrumque; hoc Avunculus Szilágyi, jam fors adventum opperetur [sic!] Nostrum.

Rozgony: — — — O saeva Parcarum Numina! crudeles tristi qui dominantur Averno Judices! quo tam generosum sititis sanguinem? — — — quam vobis metuo | | p. 52. dilectæ animæ! ne si aulam subeat Regiam, ultimum et salus, et dignitas vestra ferat exitium. Rex quidem ignovit semel, veniamque stirpi largitus perennem, multis sed quotidie cingitur consiliis, multis et gravibus inimicis nostris; vereor ne clementiae oblitus pristinae, mortem ulciscatur amici vereor. Hodie Palatini, et Judicis Curiae pessime comperi consilia.

Mathias: Num demum justusne dolor meus, an injustæ, quas tui causa fundo lachrymae, vide frater. Dudum jam ego tuam, Nostrumque lugeam sortem, Palatini dudum metuo insidias, livorem cujus in genus Hunyadum, ipse flens flenti aperuit Sigismundus, quid se, sororemque suam nostro avelli consortio uberes inter lachrymas quereretur.

Ladislaus: — — — Super! quis aures ferit Nuncius — — — Heu frustra, longo sedari tempore, luctum credimus! augetur in diem, magis magisque corde exuberans dolor! | | p. 53.

Rozgony: Hoc, hoc est illustri sanguine juncti Nepotes! Matri quod maestissimæ justos obmovet gemitus, et huic pectori justum maerorem; jam enim natae omnem a vobis avulsum cupit animum Garra superbus. Cave Hunyadum inquit, homicidam scelestum cave! Saepe hoc ingeminat Pater crudelis, hoc mihi maesto, maesta Filia: Quam vobis indoleo genus dilectum! tenera quam mihi actas vestra cordi est! Sed macte animo! altior curam vestri habet dextera, et si quid haec potuerit opis ferre [s] feret ultimam adusque guttam sanguinis! Aut ego prius obliviosus Stygis merger in fluctibus, aut Corvinam, ferro, enseque defendam prosapiam, reddamque quam a Patre Vestro saepe accepi opem!

Ladislaus: Prolem amplius solari miseram, desine Rozgony. Ah lubens, dulcem cruento purpurabo Patriam, lubens moriar corpore, dummodo aeterno in ore vivam Pannorum, vel hoc me solabor funere, quod postquam iniquo eriperem Proditore Pa- | | p. 54. triam, ipse deinde innocens in eadem Patria, in amicorum conspectu, in gremio omnium pene Filiorum Patriæ occubuerim.

Mathias: Quid hoc amate Frater! non tu, non ante moreris, quam ego peream, iste prius fundatur sanguis porro tuus; imo meus unus fundatur sanguis, ego me pro domo nostra, ut uterque miretur Orbis, litabo victimam.

Ladislaus: Ah vivas tu Matris in solarium, in solarium Patriæ vivas velim, Patrisque vestigia, ego quae nondum sequi poteram. Tu pro viribus imitari perge, ego unicus, unicus ego moriar.

Rozgony: O altis Hungarorum infixe mentibus generose Genitor, resumme [sic!] magnanimos, inanibus e tumulis, resumme cineres! Imo quia corruscantibus Olympi sedibus te jam receptum credimus, demitte gloriosos tuos, in hanc, qua degimus, fluctuum colluviem, demitte oculos! Vide grandes virtutis tuae reliquias, | | p. 55. afflictos, desolatosque vide filios! O Heros invictus! Ubi nunc illa, Marte quam egregio comparasti, gloria? ubi rerum gestarum, queis magnam illustrasti Hunniam, memoria? Te dum viveres, flexo Pannones nostri adoravere poplite, Tu saeva Lunae, saepius infregisti cornua, Te per excelsa volantem virtutum spatia, duplex mirabatur aquila, Tibi bellicosa fortis Galliae se se inclinaverunt Lilia, Te Orbis universus, qua tortuosus despumat Eridamus [sic!], sive qua Ida grandis, sua ostentat culmina, miro suspexit lumine. Quamquam quid opus suspirii? Vestrum quid juvat vovere morti sanguinem? est ille sceleris purus, uterque vadamus potius, ne invidorum hic nos prehendat turba. Ego Regiam aulam, clementem Regis multiens animum, vos maestam consolaturi revisatis Matrem.

Mathias: [t] Deus secundet optimus sorti, et saluti nostræ!

Ladislaus: Actum est de illa Frater perdilecte! | | p. 56.

[s] extendit dexteram

[t] In procinctu.

Scena I^a

Ladislaus, Sigismundus.

Ladislaus: E quid Palatinus Genitor? etiam num veteri stat sententiae?

Sigismundus: Desine quaequo ah de Palatio de Patre meo, amate sanguis desine! est plenus irarum, saevas crudeles, domum in Hunyadiam minas vibrat, et vibrat in suas, atrum furorem soboles, optato dum nos avellit consortio vestro.

Ladislaus: Miseranda Proles! nacta tam durum Parentem! — — — hoc, hoc idem Rozgonyius, Fraterque Mathias idem retulit, vide Sigismunde vide infaustum Corvini Genus, quantis cingatur aerumnis, et isthoc qualiter versetur periculo pectus tenerum! ah nihil jam sub sole spei amplius, jam alia longe aegram, sauciampque vitam vocant fatali quid? Garra si semel agiles Regis vincat animos, quae tandem, | | p. 57. nisi altior auxilietur dextera? Succumbam heu letho, succumbam misero, Floremque aetatis tenerum tenero hocce sanguine purpurabo. Id unum desolato cordi auget Funera, linquere quod cogar dulce solamen mihi, afflictam et miserandam Matrem viduam. Patriam longe dulcissimam, vosque in vita queis charius nihil amata pignora! Mathiam quidem uno conjunctum sanguine. Te vero, olim quem conjunxit Fratrem, sanguis dilectus.

Sigismundus: O quo me dolore isto, quo me abripis Ladislae! parumne sauciata credis amici pectora, nisi et mortis Funestae, Funestam obtutibus, sistas imaginem? Cessa dolere, ah cessa illustris Patrum progenies! haec sine ego pericula tibi? et haec a Patre meo? Regni tot proceres, votis accedant unius, hoc putas?

Ladislaus: Multa Palatinus in Regno potest.

Sigismundus: Hei mihi infaustae Prol! cuius si Genitor tantum Corvinae pariat exitium stirpi! Nunquam O Utinam tali natus Patre fuisse, aut in | | p. 58. prima datus nativitate feris, antequam isthoc videam spectaculum! ah separar quacunque libet, individuum separar comitem! Vivere paratus tecum, tecum mori paratus, fata si ferant, pericula perpeti mille, mille subire neces. Sine quaequo, vel Hunyadum vadam vobiscum, vel ferum continuo accedam Patrem, ibo, tentabo, fletu precibusque saxea emolire corda, duri Parentis; vota ni juverint, en pectus! sublevelet inexplicata sitim, nati cruore.

Ladislaus: Tu Patrem flecti nescium precari desine! desine amabo, tenera amore mei torquere pectora! Cave sis, nedum nostram apud severum curas Patrem, Tuam denique ipsius perdas gratiam. Ah vive beatus Patriae, Patrique vive incolumis! prospera dum licet, sorte frueri! mihi jam spes omnis fracta jacet, jam mei perniciem clamant omnia, caelum tonat, terra infremit, Numina fulminant! jam atra, quae falce Feroci mortalium eximit nullum, mors aproxi- | | p. 59. mat! [sic!] id unum ultimo antequam demus complexus, precor, quaeque Sigismunde! Annam sororem, jucundam olim mihi, nunc maestam, et illetabilem [sic!], festino pede revisas, impertitisque salutibus mille, isthaec, postea a Ladislae feres nuncia: Ut quum' optatum vitae consortium, acerba longe praeripiunt Fata. Ultimum illud praestare velit tandem, ne Hunyadiam unquam vivis delere sinat cordibus memoriam. Et ubi relicta isthac colluvie rerum alias petiero sedes, Divinum pro me nuncupare Numen, haud abnuat; hoc mihi extremis in angoribus, melius nihil, nihil acceptius — — — Ergo vale amate Sigismunde, vale! vultus quid refugis? Patere desolati amplexus socii, grates sint immortales tibi, dulci pro amoris vinculo, pro affectu in nos, domumque Nostram semper mirifico, ac illo denique, Fratres, quo geminos complexus toties suavi consortio. Te superi servent prosperum, et servent stirpe cum omni semper intactum; me jam extre- | | p. 60. ma operitur hora.

Sigismundus: Ah Ladislae! quo te nimius, quo te impotentem abripit ardor! merentem quorsum praecepitas socium? Hos ergo ultimos amplexus mihi? Hos unquam repetendos praebebas affatus? Ah non possum divelli simul hinc, simul ibimus ambo, viximus huicdum puram sine crimine vitam, secundam inter solamina sortem viximus, vivere adversam, quis tandem vetet gladius?

Ladislaus: Vive tu, terque quaterque vive felix, sed mihi deinceps vivere haud dabitur. Morior pro Patria, et libens morior! Referes id unum Patri tuo, ut ubi invidam, trucemque isto expleverit sanguine mentem, caveat, amandam ne Gentem sibi, neve illustres Regni Proceres, ipsosque innocuos tumida premat arrogantia Patriae Filios.

Scena 2^{da}
Rozgony, Mathias, Ladislaus, Sigismundus.

Rozgony: O dudum quae sita Nobis chara pignora! hic | | p. 61. vestris, mortis inter pericula media, indulgetis luctibus? Hic erumpentia moestis luminibus manatis Flumina? nec tamen stridentes ex omni horretis Gladios? Ah noli ame Hunyadi! noli in exitium ruere volens. abcede, veni.

Ladislaus: Quo vadam illustris Heros? jam mihi fracta via, jam pectus ad omnia solvo intrepidum!¹⁴ ibo per quidquid Fortuna duxerit coeca, per mille Charibdes, perque sexcenta tela, hanc innocuam sacrabo animam [a]

Mathias: Quis porro talia desolatae Matri ferat Nuncia? Mathias Filius? non Frater, non animi spes maxima nostri! comitabor euntem potius, et gaudens quaslibet excipiam plagas, communis Fratris deceat, vitae mortisque ratio.

Ladislaus: Quin imo Fata dum jubent, discedat alter, alter dilectae stirpis Hunyadiae surculus, amantis dulce solamen Matri, spes perseveret Patriae. Hoc unum | | p. 62. per mutuum Fratrum amorem, per istam hortor salutem sanguis tenelle, ut ubi Juvenili missa aetate, altior, vividiorque 'calor' solidarit corpore Nervos, glorirosis Patrum insistas vestigis, dilecte pro viribus Matri succurras viduae, neque malignis hostium insultibus, torqueri sinas miserandam [b]

Rozgony: [c] — — — Numina! quae isthaec rerum facies! Tygride ferocior, qui non doleat!

Sigismundus: [d] Videam planctus idmodi! nec tamen profusas mittam lachrymas? eheu! quis toto non ingemiscat pectore?

Ladislaus: [e] Perge jam amate Frater! maestissimam perge consolari Parentem, videat in Mathia Ladislauum amissum, et recipiat.

Mathias: Illum in Mathia recipiet nunquam, quin imo suos quoties in Filium defixerit vultus, toties, longos inter gemitus, Ladislai, heu dulce Ladislai recurret Nomen! et grande recurret Patriae, Gentique | | p. 63. Corvinae grande solatium. [f]

Sigismundus: — — — Superi! quis clamor verberat aures?

Ladislaus: Actum est, peri!

Mathias: Ah Frater cedamus.

Rozgony: Vos quaeso recitate gressus, quaeso tantisper; ego in proximo pedem figo. [g]

Scena 3^{ta}
Rex cum Turma, Garra, Bánfy.

Rex: Ultimam hodie in Corvinorum causa Regis excipite Mentem Proceres!¹⁵ [h] Ladislaus Hunyadi, quia sic Judicum tulit rigor, morte moriatur, haud moror, vestro attamen salutem ejus, placet submittere nutui, insperatus ne fors eventus Patriae, unum in Regem, omnium Hungarorum vertat odia — — — Mathias, cum caeteris Domus Hunyadie assecilis, quia rebellis metuitis Arma, Regio mandetur carceri, non impedio, sed si | | p. 64. quae turbae ea propter involverint Regnum, si qua plenitudo subditorum invadat animos, ipsi videritis postea. Nunc ergo, nunc vigilare deceat, ne quis in Judiciis, haud reparandus subrepatur error, tempus deliberandi praesto est.

¹⁴NB.

- [a] Mathias, et Sigismundus facie aversi detergunt lachrymas.
- [b] uterque Frater inter amplexus iuget.
- [c] duos Hunyadios intuens, vultum avertit,
- [d] pari modo.
- [e] a kéziratban hiányzik!
- [f] murmur ex Regia porta adventantium auditur.
- [g] Rozgony ad dextrum latus se recipit, illi per sinistrum abeunt.

¹⁵NB.

- [h] tacent omnes, et auscultant

Garra: Satis deliberatum, imo et decisum satis; mori Hunyadium Lex Patria jubet, jubet senatus, tranquillitas iubet Patriae.

Bánfy: Tua quod Majestate Regia, quod nostro indignum foret munere, agemus Auguste nihil.

Rex: Nihil unquam agatis, utinam! [i]

Scena 4^a
Rozgony solus. [k]

O malesuadam mortalis generis licentiam! O temeritatem Hominum execrandam! sic nempe, sic apud perfidos fieri consuevit Judices, ut ubi Dominium, Regio super, tenuore pectori, tum demum effreni [sic!] quidvis agendi libidine ludant Patriam, reliquos Regni proceres callidis ducant Fraudibus, insontes denique saevis opprimunt | | p. 65. sententias Patriae filios, o miserandam nimium aetatem Regis pusillam! Heu quam anxia, quamque sollicita [sic!] gerit pectora! Corvinam quam lubens tueretur vitam! Sed enim veterascens multo altius fixerat radices, invidia, quam Regii, ut adhaerere vellet placitis. En quantum aegro accedit stupor animo; dolorve quantus! Verba dum Regia, invito ut protalo pectore menti succurrunt „Ladislaus inquit, quia sic Judicum tulit rigor, moriatur, Mathias cum caeteris Domus Hunyadiæ sociis, mandetur carceri, non impedio” O Regum dignissime Nepos! Patriæ eque Gentisque illustre decus Posthumus! Tu nisi impediwas, equis Furori tanto, Gentem in Hunyadiam, ponet limites? quis acerbissima toti Pannoniae præcludat Funera? Super! ut totum maeror imbuit, pavorque pectus! Ut vereor, ne cum Hunyadiis, et Rozgonidum cadat Gloria, et ipsa periclitetur salus. Ast quid quid sit, pergo qua caeperam tamen, Hungara fortis oppono brachia, mille non metuo enses. Aut iste totus, venis exibit crux, aut Cor | | p. 66. vina soboles salva persistit hodie — — — Ast ecce conspectum subeunt Proles infaustæ, afflictis quinam succurrat cordibus.

Scena 5^a
Rozgony, Ladislaus, Mathias.

Rozgony: O miseranda nimis! nimisque ploranda Patrum Pignora! adhucne circumfulgentia inter pericla vivitis? Adhuc gravidum tot aerumnis ducitis spiritum?

Ladislaus: Vivimus illustris Heros, vivimus! sed quid nos vivere, quid tantis vallatos acerbitatibus, spirare juverit?

Rozgony: O Vim doloris ineffabilem! dicamne, an sileam Ladislae? Si dixero, vel hoc te perimo vulnere, et desolati cordis augebo funera.

Ladislaus: Quid quaeسو adhucne augere potes cordis funera? dic, si quid est, ut vel sic, si praescia habuero fata, minus feriar, laetus occidam. | | p. 67.

Rozgony: Dicere ni vetet dolor præpotens, et ista, pectus quae causa Vestri pulsat perpetim, nimia anxietas, O generosa, quis post Patriam nil dedit gratius orbis, patriæ soboles! In nos hodie, quidquid malorum, moesto sulphureoque Telluris clauditur ambitu, quidquid sanguine rubentem Ditis contestatur dexteram, in nos hodie, Divi effudere super! dico, quod est (:dicere ne plura sinit exitium:) dico id unum, id consulo, si qua vos vitae, salutisque vestrae habet cura, tenerum, si florem aetatis cruento subducere ferro, aut Hunyadinum petatis celerius, aut sinuosis abditi anfractibus, ferales hostium fallatis impetus, jam enim Garra, Bánfy triumphant, jam miles excubias agit portas ad omnes, compita, et vicos Buda, Fidelis equitum tenet turma, volat discurrevit, si forte Corvini Genus captum habere queat.

Ladislaus: — — — Perii! — — —

Rozgony: Sed enim hanc meam, ante, Inimico | | p. 68. purpurabo sanguine dexteram! ista prius ferro divisa patebunt viscera, nec nisi latus isthoc reserabit Januam ensi illi, insontem qui primus petere ausit sanguinem.

Mathias: Heu sanguis amate nimis! nimisque amate Ladislae! Si aerumnosam mondum pertesus, vitam, afflictus si tibi Frater cordi est, procul hinc, procul cum Fratre fuge! effer jam, quando nulla spes veniae super,

[i] Rex tristis Regiam petit, illi sinistrum latus.

[k] auditio omni sermone prodiit.

Budae limitibus, effer pedem! praestat in specu, feras inter Bestias, hanc miseram terminare Lucis Usuram, quam sanguinem, vitam, fortunasque Nostras, furor tanto immolare.

Ladislaus: Sed quo tam pavide, quo me cogitis amata pectora? mortem fugiam? Regia erumpam Arce profugus! Orbem relinquam Matrem viduam, non, non tanti 'vita' est, male tali dedecore hanc emeret lucem Hunyadi, sisto intrepidus! acerbae per quidquid sisto neci! Pando Juveniles, gladio carnificis promptus cervices, Patriam dum modo Ulrici | | p. 69. jugo liberam, salutem dein, dignitatemque vestram, salvam relinquam, incorruptamque. Hoc mihi seris in Nepotibus, gloriosum reddet Nomen.

Mathias: Minusne gloriosum foret quaeo viridem si florem aetatis, atrae surripias neci! quam ictu horrendo carnificis, gravi cum stirpis opprobrio, Orbis ad spectaculum pereas? Ah quis tam improvidum quis te abripit Ignis, respice afflictam Viduam! Fratrem, in Fratris procumbentem amplexus [i] respice! Noli in tuam, in nostram desaevire vitam, noli immritis.

Ladislaus: Frusta ploras dilecte Frater! animum nec Hasta Achillis perstringendum, frustra excitas! mihi jam pro vobis mors oppetenda est! jam deserenda, charus, quae concesserat sanguis, dulcia pignora! Moriar Patriae, vobisque laetus moriar! fiat tandem meta doloris! luctus vix terminandi alias, fiat exitus, sublevent profuso hocce sanguine, suum Inimici caecum livorem. | | p. 70.

Rozgony: — — — Patriam spirat mortem adolescens! proh! quantum in hoc uno perdet Pannonia! — — — O perquam animosa Proles mihi! Spes grandis Patriae, et grande Gentis Hungarae futurum decus! Pone obsecro, huic, inconsulto ardori, pone modum! ruere in exitium ultro desine. Quid te ego properantem licet, mori sinam? te mihi, stirpique dilectae eruptum maestos videam? aut ego unus, tantis superstes vivam mortibus? horrendum prohibete nefas caelites! sanguinem effundi pium ne sinite! aut si sanguinem effundi placet, hanc si medelam, Patriae poscit salus, meum cruentum fundite! En adsum devota Vobis victimam vel ambos gladius incolumes reddet Fratres, vel ego peribo primus!

Ladislaus: Non Rozgony, non generis spes maxima Nostrum! In Firma Patriaeque, Tuaeque serva saluti brachia, vive superstes mei, ipsi sis felix diu, mihi jam semita paeclusa omnis, jam vita medium nullum super, Patre potius O Summum Gentis Corvinae robur, | | p. 71. Ultorque semper strenue, illustris Rozgony! patere preces apud Te ultimas! Ultima patere suspiria! id unum si qua te moerentis, tangit miseratio Viduac, si tibi Pupillus iste [m] cordi est, si qua Hunyadie Domus subit memoria, id unum per Patrium tuum in nos affectum, per Heroicam istam dexteram, per illa, queis plena cumulasti manu orbani sobolem, benefacta insignia, precor, quaequoque, uti fortunas, opes, dignitatesque Hunyadias serves dum possis incolumes, maestissimam porro viduam inimicis ab insultibus protegas, neque charissimum huncce sanguinem [n] unicum prosapiae nostrae surculum, Hungarae quondam Hunyadie Gentis columen, deseras uspiam, vel despicias. Hoc mihi morituro, praestas delicium maximum. Referes hoc idem, sexcentas praeter salutes, amato avunculo nostro Szilagio. [sic!]

Rozgony: — — — Dolor! quid loqui prohibes? — — — Ne quaeo, ne te longius abripiat maenor Ladislaus! en | | p. 72. si quid Hungaro, fas est tribuere pectori, hoc, hocce, pro Hunyadia fortis oppono salute,¹⁶ me, mille pro vobis perfodi plagis sinam, et mille cum Szilagyo perferam laetus neces!

Ladislaus: Caelites vestra haec benefacta suis munera buntur praemiis. — — — Nunc meos ad te verti affatus, tuos extremum complexus peto Frater Mathia! Te Superi salvum, intactum per omnia, servent, cupio, servent aetatem pusillam ingenti bono Patriae, et Matris ingenti servent solatio. Sequere! iterum, iterumque dico! Heroes sequere Patris vestigia, nam mihi aetatem propter teneram, minime sequi licuit. — — — Fidum cumprimis Regi exhibeas pectus, subditum semper paebebas fidelem, hoc oro, Numen hoc poscit Divinum, et sancta poscit aequitas. Sed enim id quoque olim si Fortuna altiorem concesserit gradum, cave solicite [sic!], amatam ne desertes Gentem, uspiam, neve illibata ejusdem Jura, vel ipse violes, vel violare | | p. 73. sinas alios. Quin imo Fata si jubcant, Gentis pro Gloria, pro salute Regni, proque amata Patria ponere vitam, et sanguinem, pone! funde! guttam adusque ultimam, ultimum vitae spiritum. Hoc te per nostrum, per istum amorem Patriae, perque salutem tuam! Haec tibi Princeps erit cura, haec imis sit a cordibus Fratris monitio! Sic probi, fortisque Patriae Filii feres Nomen!

[i] amplectitur Ladislaum.

[m] ostendit in Matthiam.

[n] rursum in Matthiam.

¹⁶NB.

Mathias: O Frater! O animi dulce solamen mei! quod munus extremum istis rependam monitis? Ah vivet haec, vivet alta mente reposta Fratris Suasio, saeclis perennibus, transmittenda!

Ladislaus: Daretur utinam! extremum daretur, Matris charissimae amplexibus uti, sed ista vix quia fulget spes amplius, tu quaeso Mathia, maestissimam fratrum Viduam, filius in filii amplectere vices! pande extrema Ladislai vota! perennes age gratias, Maternis pro affectibus, pro educatione semper indu-^{16/a} | | p. 74. stra, pro illis pleno, quae toties expandit, sinu, donis. Insignibus, et benefactis nuncia Ladislaum, suae in gremio Gentis, in conspectu Procerum, in ipsis fortasse lachrymabundis Matris oculis brevi illatibilem [sic!], Hungarorum futuram victimam! Il refer Corvinae gentis amicis, miseram fratris sortem! mortem acerbam refer! Il perge optatis, optata cum Matre frui solatiis, me in proximo alia manent gaudia! I miserande Frater, nec enim meum tu, nec tuum ego vultum lugubrem ferre amplius.

Rozgony: — — — Sua quam scite praesagit miser funera! — — —

Mathias: O quo me praepotenti, quo me dolore frater excitas? Vultus Fratrem fugiam? Tuo me subducam conspectui? Latus individuum segnis negligam? Non, non Frater! expecta! Sequor! mortem obibo primus, simul hinc, simul flens, flentem ad fortis comitabimur neces! | | p. 75.

Ladislaus: Ah Frater, Fratrem cave! Ille jam atrocis mortis filius, sed tu dilecte sanguis bene spera! major te quandam, ac Fratrem miserum habet, gloria, honoris majus fastigium!

Rozgony: Satis jam lachrymis, luctui satis datam; moras abrumpito quaequo, quid lentos haerere juvat? ipse quid lentus moror? vadamus ne quis imparatus occupet furor hostium — — — At ecce armatum Militem! — — — macte animo generosa Proles!

Mathias: Actum est, perimus.

Ladislaus: Noa peris, ego pereo, sisto impavidus ad mille solvo pericula, hocce pectus! — — —

Scena 6^a

Tribunus cum custodiis, et qui supra.

Tribunus: Miles hic coram adstans, non suo, sed altiori paret nutui, Majestas jubet Regia, captum tenere homicidam.¹⁷ Prodeat, quis quis in amicum ex- | | p. 76. exarserat [sic!] Regium.

Ladislaus: [o] Ego amice! exosum Ulrici caput, ego ferri; ast ea propter Homicida nec sum, nec dici volo.

Tribunus: Da veniam generose Sangnis! Tuo si quid indignum protuli Pectori, non mea haec mens, hoc Te Senatus nomine, hoc lata in te sententia.

Ladislaus: Ad mortem eundum est, ibo, nil opus Duce; adeste! adeste Judices! Vestrisque necem haurite luminibus, Et vos adeste amata pectora, Rozgony, Mathias!

Tribunus: Rozgony, Mathias captivus uteisque, uteisque ocyus subdat se se.

Rozgony: Subdam libens, en libens, pectus hoc non modo carceri, sed atrae quamcumque subdam neci.

Mathias: Sequamur Rozgony illustris! tantum sequamur decus sub umbras. | | p. 77.

Ladislaus: Ruite extremum! in mortis prolem maestissimam ruite! amplexus date!

Rozgony: amplexum, sed non extremum dabo, [p] Non te relinquam charam progeniem! morte quin prius concidam ipse.

Ladislaus: Tu quoque Mathia! excipe amplexu pio amans, amantem! hoc munus extremum dato, Agel! pande Fratri brachia! vale [q] tenelle sanguis!

Mathias: [r] Frater dulcissime vele!

Tribunus: Moras hic nectere Regia vetant Imperia! latera exarmare decet, decetque ponere gladios, sic captivorum fert conditio.

^{16/a} NB.

¹⁷ NB.

[o] prodit.

[p] amplexitur Ladislaum.

[q] Ladislaus amplexitur Mathiam.

[r] Mathias vicissim.

Ladislaus: [s] Vix te assumseram, jam ponere cogor infectus. [t] O saturatum toties Bistonio sanguine ferrum, Genti quod Hunyadia tantam peperisti gloriam, honorem Patri, filio igno- | | p. 78. miniam! quam tibi Indoles! Matrem, quod Patrium aemulari modum, nondum haurire Turicum licuerit sanguinem! quanto dolore eriperis mihi [u]

Rozgony: [v] Cape tutelam quondam, et robur Patriae!

Mathias: [x] tolle metum hostium, et invidiam, sed Corvinorum gloriam tolles nunquam [y]

— — *Rozgony:* Numina afflictæ sorti secundent!

Mathias: Secundent charae salut!

Ladislaus: [z] In vestri dureat memoria Manes mei!

Scena 7^{ma}

Ladislaus in Carcere lamentans.

Vah! miserum mortale Genus! semperque severa, semper crudelia periclitaris fata? Ividia Atrox, barbara, horidaque [sic!] fortuna!¹⁸ Siccine in | | p. 79. omnem absque discriminâ, saevis aetatem hominum? Sic tenera quoque attris [sic!] addicis funeribus pectora?¹⁹ ecquid delinquere tantum, quod potui scelus, et quale patrare nefas? quid ulciscentia jactas tela, et in immeritum fulmina dira vibras? quid sibi proh Deum! squalor hic carceris teterimus? quid stricta, et onusta pedibus vincula? Quippe gravi quod absolverem Ulrici metu Patriam Proceres iniquo eriperem [sic!] hosti, Pectus hoc miserum lethali ferro subducere, capropter ego tanta infaustus feram supplicia? Heu! quam variat! quam arctat, luditque sors inimica mihi! ut quum salutis, dulcisque Patrum gloriae spes affulgeret modica, immodus tandem post hominum memoriam dolor oppimeret! Ah amate Genitor! Ubi nunc fortis illa, opem quae plurimis tulit mortalibus dextera? Ubi defensio? mihine ea soli, chara quae quondam extiti soboles, nihil potest opitulari? O spes fallaces! O cogitationes | | p. 80. innanes [sic!] hominum, tu quum pectus, vitamque toties, pro dulci opponeres Patria, olim in eadem filio non putaris locum? Cum cives tuos, ipsosque Gentis Proceres, Turcae pestifero jugo suriperes, tua per eosdem, olim progenies victima caderet? tenerum, et inconcussum sanguinem domi profunderet? animum nullis tentatum procellis in sinu Patriae, in civium conspectu, vivente Matre maestissima, crudeli morti transmitteret? O Fatum Orbis quod dare potuit acerbissimum! O funus, fato ipso longe acerbius! Ast fieri quum ita oporteat, ut insperatis quondam triumphis immoriar denique, tria mihi, lethales antequam oblivionis biberò undas, ut eveniant, caeleste exorabo Numen; primum, ut Patriam longe charissimam, clementissimum Regem, omnesque Regnicolas, porro, ut dulcissimam Matrem, Fratrem Mathiam, caeterosque, charus quos dederat sanguis, amicos, salvos relinquam, et incolumes; | | p. 81. denique, idem ut claudat tumulus Patrem, Natumque. Hoc mihi perennem praeter (:quae sit spes firmissima:) quietem animi, ab immortalí DEO majus nihil. Morior igitur, sic imperasti Patri! morior! et vitam lubens expendo! Res haec una, morituro facit justos dolores, quod tantum luctum feram sub umbras, luctum, quem tristes praegrediantur cantus. (*Hic Ladislaus cantat, finito hoc, dum Chorus Musicus ariam continuat, ille semisopitus in carcere jacet, usque dum custodie veniant, quibus adventantibus exclamat:*) Super! jam mihi extrema instat hora! (*Tribunus comparet cum custodiis, dicitque:*) jam morti praefixus adest terminus, confide fortis, veni.

Ladislaus: (:Surgit:) Ibo, quo dudum aeternae vocant sedes. (*abducitur.*)

[s] Gladium latere resolvit.

[t] evaginat, osculatur.

[u] tradit Tribuno.

[v] pariter tradit suum.

[x] tradit pariter

[y] hic signo a Tribuno dato Ladislaus ad dextrum, illi ad sinistrum latus abducuntur.

[z] eundo paululum respiciens.

¹⁸NB.

¹⁹NB.

Scena 8.^a

*Exhibit Januam, ex qua Ladislaus, arma- | | p. 82. tum inter Militem, inductus veste candida, manibus
vinctus, sparsisque crinibus, ad locum supplicii, magno cum comitatu ducitur, auditio tristi Tibiarum cantu.²⁰*

Scena 9^a

Szilágyi Sigismundus.

Szilágyi: Quis iste clangor? Quis Regiam percrebuit arcem sonitus?

Sigismundus: Nostramne mentem vanus illusit timor, an vere, quos tristis edidit Tibia, erant sonus? — — —
Heu! quam atrox terret Imago mentem! — — — dic quaequo illustre Gentis Hunyadie culmen! Ubi gemebunda
Corvina soboles? Nondum Hunyadinum petiti?

Szilágyi: Arx Buda habet utrumque, ast ubi paveant, ubi lateant, nescio, geminas ecce ab Elisabetha sorore,
causa filiorum supplices. (:duas Epistolatas manu tenet:) has quidem ad Regni Senatum Inclytum, quas tu
Palatino Patri tuo: (:vult dare | | p. 83. Sigismundo:) istas ad Majestatem Regiam, defero ipse.

Sigismundus: Sed modo Regia moratur aula Genitor!

Szilágyi: petamus igitur Regiam — — — At ecce Rex ipse promptus [sic!] adest.

Scena 10^a

Rex, Szilágyi, Sigismundus.

Szilágyi: En flexo poplite Regias rursum appello gratias, Augustissime! accipe benignus sororis afflictae,
afflictæ pro sobole sua libellum supplicem, ne dedignare venia maestam Viduam.

Rex: (:accipit:) Quas tu Szilágyi cum sorore facessis curas Nobis! (:aperit legit.:) — — — Quis legens non
indoleat, affectus quis errumpentes [sic!] comprimat? — — — Sed jam prolata in Hunyadium Mortis sententia,
sic judicante senatu ex Lege Patriæ, Patriæ violare Jura nec ipse potui, omnem salutem Hunyadiam Procerum
cessi consilio, utinam hi severiores | | p. 84. non ante tempus fiant Judices? (:hic rursus Tibiarum funebris
auditur sonus:) ecquis hic sonus aures impulit? (:auditur vox Preconis „Sic sic perduelles meritas poenas luani“:)

Sigismundus: Quis clamor Forum occupat?

Szilágyi: — — — Heu quis pectora exagitat tremor?! — — — (:rursum canuntur Tibiae:).

Rex: (:finito omnio clangore:) Il! quaequo Szilágyi! Sicubi Palatinum videoas, eum sine mora accersito, aut in
Forum ocyus currito, ut qualis clangor occupet Arcem, fidus referre: sin vero (:quod DEUS omen avertat!) jam
ad supplicii locum abductus foret Hunyadius, tu in praesentia omnium Statuum, ac Ordinum solenni protestatione
Regia mortis revocabis sententiam²¹ Il! curre, quo celerius.

Szilágyi: Jussis parebo Regiis.

Rex: — — — Sed quid isthuc tam praeceps gradu Tribunus?

Scena 11^a

His, qui supra accedit Tribunus cum cohorte. | | p. 85.

Tribunus: (:totus sudans:) Heu verum nimis, nimisque fatalem ego nuncium Augustissime!²² inauditas
casus, omnem tumultibus compleat arcem Budam.

Rex: Quid hoc per Superum Fidem?

²⁰N.B.

²¹N.B.

²²N.B.

Tribunus: Quid loquar?

Rex: Loqui prohibet? quid vereris?

Tribunus: Ah Hunyadi natu major (:linguam sed dolor praepedit:) Hunyadi illustris illa Patriae soboles, heu quam acerbo interit fato! — — —

Rex: — — — Hei mihi! — — —

Tribunus: Ductus hac ipsa hora, ingenti comitatu ad Forum Urbis, quinque horendos [sic!] carnificis exceptit ictus²³ dum florem aetatis Nobilem, atra cum morte commutaret, Nemo erat, funesto qui spectaculo, sicca servaret lumina; ingens confestim secutum murmur, ploratus implacabiles successere. Fleverunt Funus acerbum Proceres, lamentabantur cives, status omnes, omnesque Ordines, inviso hucusque luctu proces- | | p. 86. sere; nihil ut aliud ore versetur omnium, quam occidit! heu insons occidit gravi Pannoniae damno Ladislaus.

Rex: O tristem Nuncium!

Szilágyi: O lugubrem! et calamitosum diem Istum!

Sigismundus: O irreparabile Pannonicibus damnum!

Szilágyi: Hunyadi o jucundum Nomen! dum fata sinebant! nunc maestum, et illetabile! [sic!] futurum quondam spectabile columen Patriae! nunc dolor! etsi quid esse dolore miserius, lamentisque potest! Populus, qui te nunquam cognoverat totum, dimidia parte solummodo re inspexerat, tamen usque flet, usque ingemit, ac maestis vicos ululatibus complet, ego, qui totum, quantus, quantus esses, temet videram, qui semper Heroa, illaque Orbi stupenda Patris facinora, in vultu, in oculis legeram tuis, nunc tam decoris si immoriare virtutum, et triumphorum curis, desolatae si eripiaris Matri Viduae, Patriae vi delibatae per propudosam adeo, si | | p. 87. valedicas mortem siccō specem lumine? Ah quis erit lachrymarum finis?

Rex: Ergo jaces! Ladislae jaces! Hancine pro illustribus Patris meritis, tibi impendimus gratiam? Hoc per benefactis Corvini Insignibus tandem praemium? Istan generosum sanguinem, Nobilemque prosapiam tuam, manet gloria, infortunata soboles! Ast longe infortunior ego, qui tantis a Genitore tuo muineribus, quid nisi acerbam reddidit mortem? pro me cum Pater tuus barbaro toties objiceret hosti pectus suum, tuum ego ab hoste domestico, servare non potuerim? cum Diadema hoc, et hocce redimitum caput, inimica toties eriperet manu, ego te inimicorum manibus, etiam tradiderim?

DEUM immortalem! quis metus repente artus concutit! trepidam, quis pavor mentem agitat! quantus invadit horror! Eheu! nunc primum! infesta nunc subscriptio torquet animum! conscient nunc demum urget stimulus! Vox ipsa Naturae clamat identidem | | p. 88. et crimen horrendum intonat! Infelix Principes! O quo te nimia, quo te Assentatorum invidia egit praecepitem! Ut innocentem Corvini perdere sanguinem, Viduae maestissimae, maestissimaeque Genti luctum creare ineffabilem! tantam Nomini Regio, Regioque Sceptro inferre labem! ah ipsum (:proh dolor!) Divino, quod Jusjurandum voveras Numini, frangere tam impius, et violare debueris! Aeternum execrandum! invidum! pravum, malesanumque Judicium!

Szilágyi: O Tristem, funestumque eventum!

Sigismundus: O luctum nullis Hungarorum lachrymis excludum.

O. A. M. D. G.

²³NB.